Quelle:
Copyright:

ut scriberem senea, quod juvenis vix scripsissem", cui in fine additur anus 1374 mortalis Petrarcha. Ipse nostrarum epistolarum numerus, unacum promio ad simonidem, numerum de rebus senilibus /: supra n. 4. :/ adequat.

Epistolis additur index, indicans brevem cujusque synopsin, initium, et eorum, ad quos directa, nomina. Vigesima tertia epistola ad Fratrem Bonaventuram Passo Venetum adscriptum legitur: Lib. IV 9. Hinc conjicere licet, priores XXII, quibus nil tale adjectum, easdem esse cum illis XXII, quas supra n. 3. inter editas adduximus, sed conjectura est, nam et in curia scriptoris libri I. II. et III. mentionem omittere voluit. Post epistolam 28vam Ad Fredericum Aretinum iterum tale invenitur subscriptum: lib. Vus epta VIa et sic saepius ad finem usque, ubi quatuor ultimis epistolis proponitur: lib XVII. epta IIII. Addere debeo, libro XI epist. VI. Sequi epistolam ad Sagramorum de Pomeriis ex equite etc. ut supra n. 4.

Ex quibus omnibus hoc colligo: 1. Epistolas nostras, si non omnes, saltem a vigesima tertia esse de rebus senilibus; 2. In codice nostro non contineri epistolas omnes de rebus senilibus, quae habentur in Editionibus, sed eas tantum, quas describere Calligrapho placuit, nam ex libris ibi citatis plane nulla, ex aliis nonnisi duae. Unde 3. Si quoque XXII priores epistolae sunt de rebus senilibus, verosimile fit in codice nostro quasdam existere ineditas, nam numerum 128 Epistolarum /: tot enim numerantur de re senil. :/ longe superabunt. Sed certiora dabit instituta cum editionibus collatio. ~~Vide~~. Pag. 320. in cod. nostro est epistola ad Carol. IV. Imperatorem, quam offendi in Lambecii comment. de Bibl. Caes. Lib. 2. colum. 885. ed. Kollar. itique variantes lectiones adnotari.

Ad calcem codicis eadem manus adjecit "Epistolam Co. "Lucy Johis Bartholomei mgro domi cortanensis Insulia quo incipit: " R. jucundissime jam plures effluxerunt menses", et finitur: " te me cultorum offers et "ego colam Mihi amicus esse postulas ego te vere ami"tie nexibus amplectar libenter denique sum tuus "esto meus salvet utrumque Deus Amen vale felix et "mei memor Florentia die XIIII Julii Coluccius." Requiparatur in ea Petrarcha illustribus antiquis, Ciceroni, Virgilio, Senecae etc. et liberalis utringue doctibus, ingenio, meritis, etiam profertur.